



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

IX. Charta obnoxiationis à patre in filiis facta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

pontificium quicquam exinde alienandi, aut minuendi habere non debeas. Similiter & ego illa; dulcissime iugalis meus ille: commonet me dulcitus tua, in compensationem rerum tuarum, quas in me visus es contulisse, si mihi in hoc sæculum superstes fueris, omnes res meas quascumque, aut vbicumque, tam in terris, & *reliqua* sub vsu beneficij debeas possidere, & nullum pontificium quicquam exinde alienandi, aut minuendi, præter vsu tantum non habeas, & post tuum discessum ad legitimos nostros reuertatur heredes.

IX. *CHARTA OBNOXIATIONIS à patre in filiis facta.*

**D**ulcissimis filiis meis illis. Omnibus non habetur incognitum qualiter ante hos annos villas aliquas nuncupatas illas, sitas ibi ge-

H iij

120 MARCVLFI MONACHI  
nitrix vestra antequam meo so-  
cisssem coniugio, per epistolam ces-  
sionis, aut libellum dotis visus sum  
condonare. Sed dum & ipsa, pecca-  
tis meis facientibus, ab hac luce  
discessit, & vos omnem alodem ip-  
sius genitricis vestræ illius iuxta  
quod & ratio præstitit, mecum ex-  
inde in præsentia bonorum homi-  
num, aut Regis, altercatis, per ipsam  
epistolam, quam in eam fecerimus,  
contra nos euindicastis, & in ve-  
stram potestatem omnem alodem  
ipsius recepistis. Sed dum & nostra  
fuit petitio, & vos vt condecet bo-  
nis filiis, voluntari nostræ obtem-  
perantes, ipsas villas, vel res quę fue-  
runt genitricis vestræ, quas ego ei  
dedi vel condonaueram, mihi ad  
vsum beneficij tenere & excolere,  
absque vlllo vestro præiudicio, per-  
misistis. Ideo nobis cõplacuit, alias  
villas nostras illas, pro beneuolen-

tia vestra, & supra scripto vsu, de villis vestris per hanc epistolam obnoxiationis vobis obnoxiasse. Ita vt deinceps tam suprascriptas villas, quam etiam & illas quas suprascriptæ genitrici vestræ, per meam epistolam contuleram, per vestrum beneficium excolere debeamus, & nullum pontificium de omnibus suprascriptis nec vendere, nec alienare, nec concamiare, nec pro quolibet ingenio minuere, habere non debeam, nisi tantum vsu, sed per hanc epistolam obnoxiationis meæ, in vestro sint arbitrio & potestate, & quodcumque volueritis, & vobis placuerit, absque vlla mea contrarietate, aut repetitione omnia superius prænotata, tam quod vestrū antea, de parte genitricis vestræ fuit alode, quam & illas alias nūcupatas sic, quas vobis pro ipso vsu visus sum obnoxiasse, in vestram debeat.

122 MARCVLFI MONACHI  
tis reuocare dominationem per-  
petualiter possidendum, vel quic-  
quid exinde facere volueritis, libe-  
ram inde habeatis potestatem, abs-  
que alia aliqua intercedente preca-  
ria, sed per hanc obnoxiationem, ac  
si semper per quinquennium reno-  
uata fuisset, perpetim valeat obtine-  
re vigorem, stipulatione subnexa.

X. EPISTOLA CVM IN LOCO  
*filiorum nepotes instituuntur*  
*ab auo.*

**D**ulcissimis nepotibus meis il-  
lis ille. Dum & peccatis meis  
facientibus genitrix vestra filia mea  
illa quod non optaueram tempore  
naturæ suæ complente ab hac luce  
discessit. Ego vero pensans consan-  
guinitatis casum dum & per legem  
cum cæteris filiis meis auunculis ve-  
stris in alode meo accedere minimè  
potueratis, ideo per hanc epistolam,